



# EVCLIDIS MEGAREN

SIS CLARISSIMI PHILOSOPHI, MATHEMATICORVM  
facile principis: primum ex Campano, deinde ex Theone græco com-  
mentatore, interprete Bartholomæo Zamberto Veneto,  
Geometricorum elementorum liber primus.


Ex Campano: triplex principiorum genus.  
Primum Diffinitiones.



1 Vnctus est, cuius pars non est. 2 Linea, est  
longitudo sine latitudine. 3 Cuius quidem  
extremitates, sunt duo puncta. 4 Linea re-  
cta, est ab uno puncto ad alium brevissima ex-  
tensio, in extremitates suas eos recipiens.

5 Superficies, est quæ longitudinem & latitu-  
dinem tantum habet. 6 Cuius quidem ter-  
mini, sunt lineæ. 7 Superficies plana, est ab


una linea ad aliam brevissima extensio, in extremitates suas eas recipiens.



8 Angulus planus, est duarum linearum alternus contactus, quarum  
expansio est super superficiem, applicatioq; non directa. 9 Quando  
autem angulū continent duæ lineæ rectæ: rectilineus angulus nominatur.

10 Quando recta linea super rectam steterit, duoq; anguli utrobique fue-  
rint æquales, eorum uterque rectus erit, lineaq; lineæ superstant, ei cui su-  
perstat, perpendicularis uocatur. 11 Angulus uero qui recto maior est,  
obtusus dicitur. 12 Angulus uero minor recto, acutus appellatur.

Angulus planus Rectilineus Angulus obliquus a Acutus b Obtusus Li. perpendic. c Rectus



13 Terminus, est quod uniuscuiusq; finis est. 14 Figura, est quæ ter-  
mino uel terminis continetur. 15 Circulus, est figura plana una qui-  
dem linea contenta quæ circūferentia nominatur, in cuius medio punctus  
est, à quo omnes lineæ rectæ & ad circūferentiam exeuntes, sibi inuicem

a sunt